



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Albertvs C. 7. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

phiā profecissent. Dixisse ad gremium matris currere, ita ad carnificum manipulos parili cursu contendebant. Dacianus ubi hæc inaudiit, virgis cedi imperavit. Sed illi ad imbellem scholæ metum tidere scilicet, supplicia hæc timidæ etatis dicere, quæ sèpè nec pueris lacrymas excuterent. Alia itaque tormenta promeret, Tyranno digna, & cum ijs rem sibi cogitaret, qui prætextam cum superstitione jam posuissent. Et verò victoriam jam tum desperans Dacianus, non admissos educi extra urbem ad supplicium jussit. Illi in amplexus ruere, novo more frater fratri mortem gratulari; hoc demum Christianæ Philosophiæ esse, mortem pro Christo contemnere; hoc germani fratribus, germano immori, nec fatis disjungi, quos uterus matris junxit. Ita animosi, & pleni, quæ in vulnus etiam promicabat, lætitia, caput securi subdidunt. Age nunc, quid ad hos discipulos Complutum, vel ipse Cordubensis Philosophus? Certè Dacianus quamprimum aliò se contulit, non ausus porrò cum viris congredi, tam turpiter à pueris vicitus. Ex Baron. & Lippeloo.

Si vires tue in pugnando sunt parve, Christum invoca adjutorem. Cum te perspexerit fideliter invocantem, qui pro te peperdit in ligno, & hic vicit. Aug. I. desymb.

S. ALBERTVS C. 7. Augusti.

E Tiam ALBERTI splendorem prævia ab utero matris lux indicavit. Et rectius MARIAE quam hujus filium dixeris; quippe quem sterili eâ lege illa dedit, ut bonâ fide suo servitio olim hæc redideret. Moram ipsis, quibus jungere se ALBERTVS parabat, Carmelitis quos vocant, interponentibus

R

gravitcz

386 VITÆ S A N C T O R V M . 8. Aug.

graviter nihilominus Dcipara parentes objurgavit. Nimitum furtum hoc esse, cælo dicatum terris velle mancipare. quid simile catulum amare? parum interessit veneno, an amplexu partum encerent, ut dare prolem, ita auferre, cum luberet, Superos posse. Audite parentes omnes: his monitis illi manum Deo, filium omnibus disciplinis exultam, posthabitatis etiam regiæ pueræ nuptiis, reliquioni dederunt: quoque magis jam Virginis sacramentum placeret, suis met manibus ad ejus aram candidissimam hostiam stiterunt. Hic ALBERTVS orum rivalem sponsæ vultum præ se ferentem resibi scilicet justit suas habere. Subinde fatigatis obfitione & fame civibus tres cum commeatu tristes cælo remige impetravit. Hebræos complutes aquarum vi abreptos in sicco restituit, sicco ipse pede undas percurrens. Iam mortem, quam celestis voce edoctus obiit anno M. CC.XCII. æscampus sponte sonans, integratatem corpusculi odor suavissimus, beatitudinem animi duo Angeli prodiderunt, qui dubiis an ut Cælitem colerent, an ut mortuum lugerent hominibus, sub initium rei divinæ illa verba Os justi præiverunt. Nostras mortes o quæ rectè lugemus! Ex Surio.

Quicquid illud est, quod offerre paras, MARIA commendare memento, ut eodem alveo ad largitorum gratia gratia redeat, quòd influxit. S. Bern.

S. MYRO EPIC. 8. Augusti.

N VIIæ ceræ ornarunt MYRONEM, sed virtutes multæ, quas quidem neque numerare in hac pagella possumus, uti nec pauperes, quos pulchro ordine stantes per atria quotidie laudare nobilem ejus manum vidisses. Seminabat ille in hos, quid-

9. A
quid
etiam
se per
menta
furaci
tantus
onus
illi tr
didit,
rant,
beni i
supple
RONI
fures
virtus
est ho
tonem
lum in
ster ju
cum in
oration
tumuli
eundem
Non
panspere
dici si
causa a
sari no
S. Pet.
SS. F
S. Oc
Rv.
tatur, p